UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem

Dévay Biró, Mátyás

[Nürnberg], [1537]

VD16 D 1300

Confvtacio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

Visual Library

SECVNDA VERITAS.

ANimæ peruersoꝝ deorsum sunt, in inferioribus terræ, traditæ in manus gladij, ubi partes uulpium erunt, in æternum Psal. 62. Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Lucæ 16. Diues sepultus est in infernum. Apocalip. 20. Dedit mare mortuos suos, & mors, & infernus &c̄.

b
ps. 62
Iob. 21.
Luc. 16.
Apoc. 20

TERTIA VERITAS.

ANimæ Sanctorū omniū in Christo dormientium sursum sunt, in loco ubi Christus est, in dextra Dei sedens Colo. 3. quem locum nos cœlum simpliciter, regnum cœloꝝ & montem Dei appellamus. Hæc ille.

Colos. 3.

CONFVTACIO.

NOn me clam est, uel nostro seculo, esse quosdam, rara doctrina & omni eruditione celebres, quibus quæstio hæc, quæ de sanctorum dormitione, & statu post hanc uitā controuertit̄, uideatur inutilis, meo tamen iudicio, multum lucis adfert, tum fidei, tum doctrinæ Christianæ, locus hic probe intellectus: Sic enim incipimus diffidere creaturis & sanctorum dignitati, & meritis, si quatenus dormire, nihilq; opis ferre nobis dicantur, cognouerimus. Quare ego meam sententiam propono, iudicandi potestatem ecclesiæ Christi, quæ ductu spiritus regitur, facturus.

Doctor meus locos assignauit, damnatis infernum, saluatis cœlum, sed quid proprie infernus sit uidendum est.

DE INFERNO.